



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem
præceptorum secundæ tabulæ

Tamburini, Tommaso

Monachii, Anno M.DC.LIX.

Caput Sextum. Qua ratione dignoscatur voluntas consentire mortaliter in
peccatum remissivè, num. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39995

peccat, qui enunciatiue sic dicit, *Nisi ab alio inspiceret, peccarem*, quia tunc pari modo solum ostenditur animi propensio, non verò absoluta determinatio peccandi. Ex his collige similia.

5. Illud superest dubium, an peccet, si quis ita sentiat, dicatue, *Si non esset timor Dei, nollem jejunare, nollem abstinere à fornicatione*. Quando enim sensus est, *Ex infirmitate, seu propensione mea nollem jejunare, vellem fornicari, sed quia mihi in corde sedet timor Dei, nolo absolute*, simile est hoc dictum illi alteri, *Nolo absolute peccare, quia est Infernus*, quod non esse peccatum, modò nu. 1. dictum est, non ergo est peccatum sic sentire, vel dicere; Bonacina c. absolute docet, esse mortale, si ille intendat velle desistere à peccato ob penas, quas timet à Deo infligendas. Sed est distinguendum: si enim prædicta verba dicantur ex sensu prædicto, non est Bonacinae assentiendum, idque, tum propter dictam rationem, tum propter communem doctrinam, qua docetur attritio pars Sacramenti poenitentiae in hoc Dei timore fundari, ut fusi alibi: Et rectè Castropalaus d. sic habet, *Nunquam est peccatum, velle relinquere peccatum, ob timorem inferni, vel ob amissionem honoris; ob quemcunque enim finem peccatum relinquatur, peccatum non est*. At si eadem verba dicantur in sensu, quo quis velit absolute peccare, unde & optet, infernum non esse, nemo ambigit, esse peccatum, ut in simili diximus num. 2.

c. Bonac. de matr. q. 4. p. 10. num. 3.
d. Castrop. l. c. §. 3. n. 5. fi.

CAPVT SEXTVM.

Qua ratione dignoscatur voluntas consensisse mortaliter in peccatum?

DE hac satis dilucidè dictum est lib. 1. c. 1. §. 3. à num. 27. quod relege.

CAPVT SEPTIMVM.

Expenditur decisio Caramuelis de delectatione speculativa.

Caramuel a sic habet, Ioannes speculatiue proponebat sibi varia objecta, ut maiorem delectationem haberet in mollietate, quo modo peccavit? reperio tria consideratione digna, finem, entitatem medij, & ordinationem medij ad finem. Finis est delectabiliter pollutio: non mutat speciem major, aut minor delectatio; & ideo non est opus in confessione hanc circumstantiam aperire: entitas medij erat licita, quia est actus speculativus, qui nullo modo interdicitur: ordinatio medij ad finem non est mala, sed malitia finis, quia sicut materia existit existentia formæ, in sententia probabili, ita etiam in eadem, medium, si alias indifferens, inficitur non propria, sed malitia finis. Ideo in confessione dicat, commisi mollietatem & sufficit. Haecenus ille.

a. Caram. in Reg. S. Ben. n. 1050.

2. Sed non est audiendus; debet enim is fateri, se contemplatum esse iuvenem, vel foeminam, vel bestiam, &c. Ratio est, quia relictis his tribus à Caramuele consideratis, cum ipsemet loquatur hic de actu practico, qua nimirum ratione Ioannes peccaverit, & confiteri Sacramentaliter debeat, videndum est, quid fuerit in ipsa praxi. In ipsa autem praxi Ioannes peccavit peculiari illo peccato cogitato; id quod probatur, quia ut superius b. vidimus, ea speculativa contemplatio seridè & sine ullo fine, seu licita commoditate suscepta, &

Dddd

propter